

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Reuerencia 1  
cum fonte primo

Si hominem uideris interitum periculis,  
intactum cupiditatibus, inter aduersa  
felicem, in mediis tempestatibus  
placidum, ex superiore loco homines  
uidentem, non subibit te  
ueneratio eius?

Vis istuc diuina descendit.

Seneca ibidem (XL. epistola).

Si hominem uideris interitum periculis,  
intactum cupiditatibus, inter aduersa  
felicem, in mediis tempestatibus  
placidum, ex superiore loco homines  
uidentem, ex aequo deos, non subibit te  
veneratio eius? non dices, ‘ista res maior  
est altiorque quam ut credi similis huic  
in quo est corpusculo possit’?  
Vis isto diuina descendit; animum  
excellentem, moderatum, omnia  
tamquam minora transeuntem, quidquid  
timemus optamusque ridentem, caelestis  
potentia agitat.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 41, 4-5 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.109, ll.1-9).